Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Oratio. Deus qui beatis apostolis tuis Petro et Paulo solemnitatibus gloriari: ut eorum semper patrociniis subleuemur, et fidem quam ore profitemur, ad Romanos. Iam. epistola. Non estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorum et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide xpo ihu. in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino: in quo et uos coedificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. Gradualis. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum. Versus. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Alleluia: Isti sunt amici dei qui uiuentes in carne plantauerunt ecclesiam dei sanguine suo. modo coronantur et accipiunt palmam quorum doctrina fulget ecclesia ut sol et luna quia per fidem et dilectionem operati sunt iustitiam. Offertorium. Tpe lxx. tractus. Animae eius tribuisti ei et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. Versus. Quem preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Versus. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Sm iohannem. In illo tempore dixit dominus. Hoc est preceptum meum: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si fecitis quecumque precipio uobis. Iam non dicam uos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis sed ego elegi uos: et posui uos ut eatis et fructum afferatis, et fructus uester maneat, ut quicquid pe-